





1775

1. Hoffmann, Gottfr. Daniel: Juridicis Wirkungen  
Gesetz ordinaris.
2. Hoffmann, Gottfr. Daniel: De syndicis metropolitani-  
ciis civitatum Imperiorum.
3. Hoffmann, Gottfr. Daniel: De uno eorumque jure et  
modo facundi leges tam publicas quam pravatas
4. Hoffmann, Gottfr. Daniel: II, jure corporis exange-  
tiorum sacre religionis deputatas Imperiales summa-  
tiventi
5. Hoffmann, Gottfr. Daniel: De haereditate religiosa
- post mutationem religionis data
6. Hoffmann, Iacobus Daniel: De iurisdictione missinali  
Wismbergia et maxime de centena Moecmuthensi
7. Kappff, Lixius Jacobus: De eo, quod circa glandes  
instrument
8. Kappff, Lixius Jacobus: De usi jure pro exemplarum  
valitationem a legitima non excluso. ad hoc isti sig-  
ni s. P. III jas. nomine. fol. 12.



1776.

1. Hoffmann, Gottsche Daniel: Remissae contra  
editam hereditatem extra probationem laesiones ta-  
cticas constituta.

2. Hoffmann, Gottsche Daniel: De prises remissas  
supplicularibus in constituta remissione forte suscep-  
tando.

1777

1. Higelmeyer, Th. Gottsche: Commentatio ... in  
editam Imperatoris Stanislaus Petri pro christianis, quod  
Iuratis h.e. l. IV. cap. 13. amissarit.

2. Hoffmann, Gottsche Daniel: De novo Ducto Oldenburgo.

3. Hoffmann, Gottsche Daniel: (nummatio, ad verbis T.P. &  
et I. § 16 (48): et infra tempore terminos territorio  
cuiusque ius diocesanum et jurisdictio ecclesiastica  
se continent. —

4. Hoffmann, Gottsche Daniel: Inspectum Imperii  
Romani strictissime sic dicti.

5. Hoffmann Gottsche Daniel: De causis privilegatis  
et § 3. Placit. Imperii d.d. 23 Oct. 1775 (quod Imperator  
d. 16 Aug. ratione habuit).



1777

6. Kappff, Laius Tacitus: De prolongatione causarum  
ejusque effectibus.

7. Kappff, Laius Tacitus: De jure pecuniae luctucae  
... speciebus in concusa creditorum.



1776

Hoffnung auf die Friedensverhandlungen  
seiner Herrschaften ohne zu bestimmen  
wieviel Schatz und Land er auf  
Hoffnung auf die Friedensverhandlungen  
seiner Herrschaften ohne zu bestimmen  
wieviel Schatz und Land er auf

1777

1. Hoffnung

2. Hoffnung

3. Hoffnung

4. Hoffnung

5. Hoffnung

6. Hoffnung

7. Hoffnung

8. Hoffnung

9. Hoffnung

10. Hoffnung

11. Hoffnung

12. Hoffnung







IVRIS DICTIO  
WIRTEMBERGICA  
CREATIONE THEZICAM  
VSPICHS DVCALIBVS  
CONSENSV ICTORVM ORDINIS  
PRÆSTIDE  
CODOFRIDO DANIEL  
KREUZ  
PROCLAMATO IN  
EXCEPSONE SENIUS  
DIE VII SEPTEMBER MDCCLXV  
BREVIET  
S. FRIDERICKS FABER  
ESTERBIA





COMMENTATIO HISTORICO - THEOLOGICA  
IN  
EDICTVM  
IMPERATORIS ANTONINI PII

PRO CHRISTIANIS  
QVOD EVSEBIUS H. E. L. IV. CAP. 13. ASSERVAVIT

RECTORE UNIVERSITATIS EBERHARDINO-CAROLINÆ  
MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO ATQVE POTENTISSIMO  
DVCE WVRTEMBERGIÆ REGNANTE

C A R O L O  
DVCE AC DOMINO SVO CLEMENTISSIMO  
rel. rel.

PUBLICO EXAMINI SUBMITTIT  
LOCVM INTER PROFESSORES THEOLOGOS  
RITE OCCVPATVRVS  
TOB. GODOFREDVS HEGELMAIER


SS. THEOL. PROF. PVBL. EXTRAORDINARIUS  
ET ECCLESIAE TUBINGENSIS PASTOR  
AC SUPERINTENDENS


M. IOANNE CHRISTIANO MAIER, *Stammheimensi*  
SERENISSIMI STIPENDARIO atque EXAMINIS THEOLOGICI CANDIDATO.

DIE APR. MDCCCLXXVII.

T V B I N G Æ , TYPIS REISIANIS.







## PRÆFATIO.



Ita comparatum est Dissertationis nostræ argumentum, ut, quamcunque ex oppositis Eru-  
ditorum sententiis tuam feceris, magnis no-  
minibus tueri te possis. Qui de Auctore  
Edicti Antonino Pio, an Philosopho? disputant,  
eiusmodi rationibus utrique suam causam exornant, quibus  
omnino confessam rem putare possis, donec & alteram par-  
tem audias. Atque hoc ipsum forsan est, quod in eam  
opinionem nonnullos Viros eruditos induxit, plane confi-

A 2

Etum

Etum esse , nec revera unquam exstitisse hocce Edictum.  
Ita certe brevissime & commodissime totum negotium expe-  
ditur , nec multum posthac laborare debent Historiae Ec-  
clesiasticæ Scriptores atque Interpretæ , quid de difficulti ar-  
gumento vel dicere vel non dicere necessum habeant. Ast  
ægre feret , qui semel Edictum legerit , si retineri ac defendi  
illud haud possit ; tanta quippe Auctoris , quisquis ille fue-  
rit , moderatio atque sapientia ex eo eluet. Non itaque  
operam plane inutilem collocare videbimus aquis rerum ar-  
bitris , si accuratius de ista re dispiciamus ; at faciem quo-  
que excusationem habebimus , si non omnibus omnium de-  
sideriis ex aſſe satisfieri a nobis possit.

Ratio instituti hæc erit : Dabimus primo ipsum *Edicti Exemplum* , ex Editione Eusebii Valesiana , cum Versione latina ; postea *Authentiam* illius adstruere conabimur ; hoc facto in verum *Edicti Auctorem* inquiremus ; deinceps tex-  
tum ipsum *Annotationibus* quibusdam , criticis maxime at-  
que historicis , illustrabimus ; denique pauca quædam *Con-  
iectaria* subjiciemus , quæ ipsa *Edicti* materia debuit suppe-  
ditare. Adsit nostris conatibus Is , qui Ipse Lux est &  
Veritas !

Narrat



**N**arrat EVSEBIUS, *Hist. Eccl. L. IV. cap. 12. & 13.* Justinum, Prisci filium, Bacchii Nepotem, Flavia Neapoli (a), urbe Syriae Palæstinæ oriundum, pro Viris ubique terrarum injusto odio laborantibus & calumniis appetitis, cœn ipsum unum ex illis, allocutionem & petitionem (b) detulisse Im-

A 3

pera-

(a) Quæ olim *Sichem*, postea, cum multos colonos græcos accepisset, *Flavia Neapolis* dicebatur, hodieque *Naplysa* nomen habet. Vid. SCHMIDS *bibl. Geogr.* p. 246. JOH. CHRISTOPHORONUS, qui post medium Sec. XVI. Episcopatu Cicestriensi in Anglia presuit, & plures Historiæ Vet. Eccl. Auctores græcos Latinitate donavit, Justinum ex *Gente Flavia* ortum dixit. Vid. VALESIUS in *Annott.* in Eusebium p. 66. Non inter præstantissimas numerantur istæ Christophoroni Editiones. Vid. VALESIUS in *Praef. suae Edit.* & PET. ZORNIUS in *Opusc. S. T. I.* p. 523.

(b) Est hæc prima *Justinini, Martyris* postea dicti, *Apologia*; secundam EVSEBIUS memorat Cap. 16. Tempus, quo una atque altera confecta, vel & tradita fuerit, accurate definiri nequit. Communior sententia est, priorem circa 140 Antonino Pio, quod & Inscriptio testatur; alteram circa 162 Antonino Philosopho exhibitam fuisse, exhiberi certe debuisse. Vid. S. R. D. D. COTTA im *Versuch einer aufz. Kirchengeschichte* P. II. §. 286. p. 722. & Cet. SCHROECKHIVS in der Chriſtl. Kirchengesch. P. III. p. 17. At multa heic minus expedita sunt. VALESIUS certe Justinum

sub

peratori Tito Aelio Hadriano (c) Antonino Pio Caesari Augusto, & Verissimo, filio Philosopho, & Lucio, Philosophi quidem filio naturali, p*ii*

sub Antonino Pio Martyrium subiisse contendit in Annott. p. 77.  
In primis vero id observatum volumus, quod postea in nostram rem vertemus; diu in Editionibus Justini inverso ordine duas Apologias comparuisse, cui errori & ipse Eusebius ansam dare potuit. Cum enim de prima Apologia Cap. 12. & de secunda Cap. 16. ordine, quo quaque locari debebat, sermonem fecisset; cap. 17. deinceps τὴν ἀπολογίαν Ἀνδρῶν, priorem Apologiam, iterum nominat, quæ secunda erat. Vid. S. R. D. D. COTTA l. c. p. 723. & VALESIVS p. 75.

(c) Eadem hanc Inscriptionem Apologia Justini ipsa in fronte gerit. Verissimus est idem Marcus Antoninus Philosophus, ab Hadriano, post excessum Patris, Annius Verissimus, & post sumtam Togam virilem Annius Verus appellatus, teste CAPITOLINO in Anton. Philos. Cap. 1. At neque Verissimi neque Veri nomen plane obsolevisse, tum hæc Inscriptio, tum alias locus docet infra producendus. Pro Lucio, Philosophi quidem filio naturali, apud Justinum legitur Lucio Philosopho, Caesaris quidem filio naturali, qua de re multa legas apud VALESIVM l. c. pag. 65. sq. & in THIRLBII Edit. Justini Lond. 1722. p. 2. Summa huic reddit: Hadrianus primo adoptaverat Aelium Verum, quo mortuo Antoninum Pium ea lege adopravit, ut ipse vicissim Marcum Antoninum & Lucium Verum, Aeli Veri filium, adoptaret. Vid. CAPITOLINVS in Anton. Pio. Cap. 4. Itaque in hac Inscriptione apud Eusebium nomine Philosophi, cuius naturalis filius Lucius, in-

Pii autem adoptivo; Eundemque Imperatorem, etiam ab aliis  
fratribus in Asia commorantibus, qui omni injuriarum ge-  
nere vexabantur a provincialibus, interpellatum, hanc ad  
Commune Asiae Constitutionem misisse:

## EXEMPLVM EDICTI.

**A**υτοκράτωρ Καίσαρ Μάρκος Αὐγούστος Άντωνινος Σεβαστός, Αρ-  
μένιος, Αρχιερεὺς Μέγιστος, Δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ πέμπτον  
ἡ δεκάτον, "Υπατος τὸ τείτον, τῷ Κοινῷ τῆς Ασίας χάρειν. Ἐγώ  
μὲν οἶδα, ὅτι καὶ τοῖς Θεοῖς ἐπιμελές ἔσι, μὴ λανθάνειν τὰς τοιύτες.  
Πολὺ γάρ μᾶλλον ἐκεῖνοι κολδοσαιν ἀν τὰς μὴ βελομένες αὐτὰς  
προσκυνεῖν, οὐδὲν εἰς ταραχὴν ἐμβάλλετε, βεβαιεύτες τὴν  
γνώμην αὐτῶν, ἢνπερ ἔχετεν, οὐδὲν κατηγορεύτες. Ἐπειδὴν δὲ τὰς  
κακείνοις ἀφετέν, τὸ δοκεῖν κατηγορημένοις τεθνάντας μᾶλλον οὐτινόν,  
ὑπὲρ τῆς οἰκείας Θεοῦ. Οὕτων καὶ νικῶσι, προέμενοι τὰς ἐχυτάν ψυχάς,  
ἵπτερ πειθόμενοι, οἵτις ἀξέιδετε πράττειν αὐτάς. Περὶ δὲ τῶν σεισμῶν,  
τὸν γεγονότων καὶ τῶν γηνόμενων, ἐκ ἀτοποῦ, οὐδὲς υπομνήσας, ἀθυ-  
μητας μὲν, δταυπερ ὁσιος παραβίλλοντας δὲ τὰ ήμέτερα πρὸς τὰ  
ἐκείνων. Οἱ μὲν δὲ ἐνπαρρήσιασθεροι γίνονται πρὸς τὸν Θεούν. Τιμεῖς  
δέ

telligitur *Ælius Verus*; apud *Justinum* vero ipse *Lucius* dicitur  
*Philosophus*, non minus ac *Marcus*; valde enim tum Principes hoc  
nomine delectabantur: *Cæsar* autem in posteriori loco idem *Æ-  
lius Verus* est. Dicata itaque fuit prima *Justini Apologia Impera-  
tori Antonino Pio* ejusque duobus filiis adoptivis *Marco Aurelio &  
Lucio Vero*. Movit ceterum *Valesius* l.c. circa hanc Inscris-  
ptionem quasdam difficultates, quas non solvit.



δὲ παρὰ πάντα τὸν χρόνον, καθ' ὃν ἀγνοεῖ δοκεῖτε, τῶν τε Θεῶν καὶ τῶν ἄλλων ἀμελεῖτε, καὶ τῆς θρησκείας τῆς περὶ τὸν Αὐτοκρατορα, οὐδὲ τὰς χειταινάς θρησκεύοντας ἐλάυνετε καὶ διώκετε ἡστὸς θανάτου. Τπέρ δὲ τῶν τοιότων οὐδὲ καὶ πολλοὶ τῶν περὶ τὰς ὑπαρχίας ἡγεμονῶν καὶ τοῦ θεοτάτου ἡμῶν ἔγραψαν πατεῖ· οἷς καὶ ἀντέγραψε, μηδὲν ἐνοχλεῖν τοῖς τοιότοις, εἰμὶ Φάνοντό τι περὶ τὴν Ρωμαϊκὴν ἡγεμονίαν ἐγχειρίζοντες. Καὶ ἐμὸι δὲ περὶ τῶν τοιότων πολλοὶ ἐσήμαναν οἷς δὲ καὶ ἀντέγραψα, κατακολυθῶν τῇ τε πατρὸς γνώμῃ. Εἰ δέ τις ἐπιμένει, τινὰ τῶν τοιότων εἰς πράγματα φέρειν, οὓς δὲ τοιότον, ἐκεῖνος ὁ καταφερόμενος ἀπολελιθω τῇ ἐγκλήματος, καὶ εὖν φάνηται τοιότον ὁ δὲ καταφέρων ἐνοχὴν ἔσαι δίκης. Προετέθη ἐν Ἐφέσῳ ἐν τῷ Κοινῷ τῆς Ασίας. Τέτοις ὅπτω χωρίσασιν ἐπιμαρτυρῶν Μελίτων τῆς ἐν Σάρδεσιν ἐκκλησίας Ἐπίσκοπος, κατ' αὐτὸν γνωστὸν τῷ χρόνῳ, δηλός ἐσιν ἐν τῶν ἐιρημένων αὐτῷ ἐν ᾧ πεποίηται πρὸς τὸν Ἀυτοκράτορα Οὐηρού ὑπέρ τε καθ' ἡμᾶς δόγματος χρησιμοτάτη ἀπολογίᾳ (d).

## VERSIO

(d) Ita EUSEBIUS. Prostat vero aliud insuper Edicti Exemplum, quod Justini Apologiz̄ primaz̄ subſici ſolet, diverſum in nonnullis ab Eusebiano, atque in eo maxime, quod Tito Antonino, i. e. Pius, non Marco Antonino, Edictum tribuit. Noſtrum tamen emendatius jam propniciavit FRANC. BALDWINVS in Comm. ad Edicta Imperatorum de Christianis pag. 88. Edit. HAL. 1727. quamvis nec ipſum ſuis maculis carere exiftimaverit. Multo magis etiam illud, quod apud Jullinum legitur, a THIRLBIO deprimitur, cuius locum mox dabimus. Habet vero quoque CHRONICON PASCHALE S. ALEXANDRINUM hoc Edictum, nec non NICE.

## VERSIO LATINA VALESIANA (e).

Imperator Cæsar Marcus Aurelius Antoninus Augustus, Armenicus, Pontifex Maximus, Tribunicia Potestatis XV. Consul III. Communi Aſſe Salutem. Evidem ſcio, Diis ipſis cura eſſe, ne hujusmodi homines lateant. Multo enim magis illis convenit, punire eos, qui colere iſpos recuſant, quam vobis: qui eorum, adverſus quos tumultuamini, ſententiam ac propositum amplius conſirmatis, dum eos acuſatis tamquam impios. Illis autem longe optabilius fuerit, ut in jūs vocati mortem oppetere videantur pro Deo ſuo, quam ut incolumes remaneant. Ita Victores evadunt, animas ſuas pótius projicientes, quam ut ea facere, quæ

B vos

NICEPHORVS Hift. Eccl. L. III. cap. 28. In quibus varia hæc ejusdem Edicti exempla græca a ſe invicem diſferant, videre licet apud THIRLBIVM; nec tamen quoad rem tanta eſt diſeritatis, ac quidem Vir hic eruditus lectori perſuadere voluit. Afferemus potiores diſcrepantas in Annotationibus Textualibus. Quodnam vero inter omnia pro primo & authentico habendum ſit, dici non potest. Quod enim de Epiftola Hadriani diſerte teſtatur EVSE-BIVS L. IV. cap. 8. illam, latine ſcriptam, græce redditam a ſe eſſe; id de noſtra quoque valere potest, ut ejusdem Epiftolæ, latine priuam ſcriptæ, plures haberentur translationes græcae, magis uniuersus ad litteram expreſſæ.

(e) Jure talement nominamus; Ipſe enim VALESIUS in Praef. ait, ſe post Rufini, Musculi & Christophoroni Versiones ſuam quartam haud inutilem judicaffe.





vos jubetis, in animum inducant. Cæterum de terræ motibus,  
 qui vel facti sunt, vel etiamnum fiunt, non absurdum vide-  
 tur, vos commonere, qui & animos abjicitis, quoties ejus-  
 modi casus contingunt, & vestra cum illorum institutis com-  
 paratis. Atqui illi quidem majorem tum fiduciam in Deo  
 collocant. Vos vero per omne illud tempus, quo præ impe-  
 ritia labi mihi videmini, Deos negligitis, & tum alias cæ-  
 rimonias insuper habetis, tum cultum Immortalis Illius. Et  
 Christianos, qui illum venerantur, expellitis, & ad mortem  
 usque infestius perurretis. Porro de his hominibus plurimi  
 provinciarum Rectores Divo Patri nostro antea scripserunt:  
 quibus ille rescripsit, ejusmodi homines nulla molestia affi-  
 ciendos esse, nisi forte contra statum Imperii Romani ali-  
 quid moliri viderentur. Sed & multi ad me de illis retule-  
 runt, quibus ego, Patris mei constitutionem secutus, re-  
 spondi. Quodsi quis adhuc pergit, cuiquam illorum nego-  
 tium facessere ex eo, quod Christianus sit; delatus quidem  
 crimine absolvatur, tametsi confitet, eum re ipsa Christianum  
 esse: delator autem ipse pœnas luat. Proposita Ephesi in  
 publico Conventu Asie. Hæc quidem ita gesta esse, Meli-  
 to Ecclesiæ Sardensis Episcopus, qui iisdem temporibus flo-  
 ruit, perspicue testatur in Apologetico illo longe utilissimo;  
 quem ad Imperatorem Verum pro Religione nostra conscri-  
 psit (f).

AVTHEN.

(f) Vernacula Versionem, si pauca supplexas, habes in Cel. SCHROE-  
 DERI chriſti. Kirchengesch. P. III. p. 15.

## AVTHENTIA EDICTI.

§. 1.

Hanc ut demonstratam demus, primo ad Eusebii in rerum ecclesiasticarum monumentis autoritatem provocamus, quæ suo jure magna est, ubi erroris convinci nequit (g): Esto; Compilatorem fuisse; immo etiam vel documenta vetera ad manus habuisse, quæ non omnia magni pretii fuerint; vel in excerptendo & feligendo non semper accuratissimum se præbuisse: Vid. WEISMANNVS in Notit. Auct. sub calcem Hist. Eccl. T. II. p. 1244. (h) At quis Compilator auctorius fuerit, post ducentos circiter annos, Edictum Imperatorium confingere, vel ab alio confictum pro publico documento proponere, quod nunquam exsistit? idque eo tempore, quo multi adhuc gentiles, iidemque obtrectatores nostræ Religionis acerrimi, passim Magistratus gererent, & tabularia publica sub manibus haberent? quis nostro tempore, etiam si impudentissimus sit, ejusmodi Edictum vel Ferdinando I.

B 2

vel

(g) Testimonia de Eusebio, ut Historico, locupletissima exhibet VALESIVS in fronte sua Edit.

(h) Verum enim vero EUSEBIUS civilium judiciorum acta & monumenta publica solicite perlustrasse, atque ab ipso Adversario, Antipatro Bostrensi, caesarea cooperatione usus facile, quæ ubique sparsa erant, collegisse dicitur, apud CAVÈVM Hist. Script. Eccl. T. I. p. III.



vel Maximiliano II affingere ausit (*i*)? Accedit, quod ipse narrationis Eusebianæ contextus Edicto hoc carere non possit. Antea enim Cap. 8. & 9. de *Hadriani* Epistola nemini dubia; postea vero Cap. 16. de altera *Iustini* Apologia, Marco Aurelio & Lucio Vero exhibita seu destinata, verba facit, ut itaque, quæ sub Antonino Pio Christianorum fata fuerint, plane nescivisse, vel neglexisse dicendus sit, si Capita hæc duo 12. & 13. tollenda fuerint; necessarius enim utriusque nexus est. Præterea Edictum tale est, ut, quod postea videbimus, tum historiis illius temporis, tum moribus Imperatoris Antonini Pii apprime conveniat. Sine controversia huic ipsi primam suam Apologiam inscripsit *Iustinus*, quam si lectam ab Imperatore ponamus, cuius contrarium certe demonstrari non potest; facillime profecto mitissimi animi Princeps ad edendum hoc Edictum slecti potuit, in quo tum repetebat & confirmabat, tum clariori in luce posnebat, quæ Hadrianus, quem imitari studebat, jam decreverat. Ejusmodi certe hæc sunt, ut gravissimæ rationes obstatre debeant, si de veritate & avthentia Edicti dubitare velimus.

## §. 2.

Nec nullius momenti habenda sunt alia Veterum monumenta, quibus idem Edictum conservatum posterisque tradi-

(*i*) Ne vero eadem hæc etiam pro M. Aurelii Epistola, quæ tertia apud Justinum est, pugnare putas; velim cogites, hanc in suo si-  
nu plura *rostris* indicia gerere, atque ab Eusebio nostro ita memo-  
ratam fuisse, ut tandem subjicerit: *sed de his quisque pro arbitrio  
tratu suo statuat. H. E. L. V. Cap. 5.*



tum est. Ultero largimur, non ab ipso Justino prima<sup>re</sup> suæ Apologiæ illud additum fuisse: quisquis vero addiderit; imposturae certe ac fraudis hominem incognitum accusare nondum possumus. Neque ex Eusebio in Justini Opera transfisse dici potest, ob plures differentias, illam maxime *Inscriptionis*. Ergo alibi quoque præsto fuisse Edicti exempla necesse est. Ad CHRONICON PASCHALE (k) atque ad NICEPHORUM jam provocavimus. Nec prætereundus est ZONAPAS, qui sub initium L. XII. Annal. cum de Antonino Pio dixisset  
*Per omne tempus justus & clemens permanit, & subditis omnibus, atque adeo Christianis etiam minime gravis, quos adeo non male trahabat, ut etiam veneraretur: mox subjicit de Justino: Is & Librum contra Marcionem edidit; & ad Antoninum Pium defensionem Christianorum scripsit, qua Imperator impulsus, Decreto ad civitates Asianas misso, cavit, ne quis Christianos propter religionem supplicio afficeret; quod si quis eo nomine accusaretur, reum absolvendum, accusatorem multandum esse.* p. 448. Tom. XII. Script. Hist. Byzant. Quos etiam si ut totidem novos testes haud admittas, omnesque ex Eusebio Edictum sumfisse dicas; id tamen jure nostro inde concludimus, pro authentico tum temporis Edictum habitum fuisse, nec inventos, qui contra dicent. Ergo nec culpandi, seu nimia credulitatis arguendi sunt recentiores H. E. Scriptores

B 3

tores

(k) Copiose de hoc Chronico & variis ejus appellationibus agit J. A. FABRICIUS in Bibliogr. Antiq. p. 169. sq. sed addatur omnino Praef. ad Tom. V. Scriptorum Hist. Byzant. qui Chronicon ipsum exhibet. Dicitur ibi in Notis p. 460. multis de causis Justino hoc Edictum abjudicari. At vero de hoc neque quæstio est.





tores pene innumeri, qui bona fide & absque ulteriori disquisitione ad Edictum hoc constanter provocarunt, in eo tantum diversa sentientes, num Antonino Pio an Philosopho tribuendum illud sit.

### §. 3.

Ast quinam tandem sunt, qui litem moverunt Edicto, quibusve rationibus inducti *νοθεῖας* maculam adspergere ipsi conati sunt? Primus est Jos. JUSTUS SCALIGER, qui cum in *Animadu ad Chronicon Eusebii* p. 203. sq. in illas tres Epistolas, quae Justini Apologiae primæ subjici vulgo solent, Hadriani nimirum ad Minucium Fundanum, Antonini ad Commune Asie, & *Marcii Aurelii* ad Senatum de Victoria Christianorum precibus imperata incidisset; fidem nostri Edicti labe factare coepit. Postea patebit, cur locum ejus paulo pleniorum exhibendum censuerimus. Ita vero habet: *Illa Epis. quae nomine M. Aurelii Antonini super hac re (victoria ista, quam a Marcomannis reportaverat) ad calorem Apologetici posteriori (1)* apud Justinum legitur, tantum abest, ut ab ipso Imperatore graece dictata, aut ex Latino ipsius in Graecum sermonem translata sit, ut infra seculum Justiniani Imperatoris ab imperitissimo rerum Romanarum Graeculo confitam fuisse manifesto appareat. Incititia Auctorem ipsum satis prodit. Ad finem Apologetici Justini tria Exempla adjecta sunt:

Unum

(1) Scilicet, ut supra notatum est, inverso tum ordine collocabantur duæ Justini Apologiae, quas primus in verum ordinem restituit JOH. ERN. GRABIUS in sua Apologiarum Edit. Oxonii 1700.  
Vid. S. R. D. D. COTTA l.e. not. 17.

\* \* \*

15

Unum quidem ab ipso Iustino, Rescriptum nempe Hadriani; duo autem ab hominibus inferiorum seculorum: Rescriptum Antonini Pii ad Commune Asiae ex L. IV. Hist. Eccl. Eusebii, & Epistola Marci Aurelii de Victoria sua. Rescriptum Antonini Pii a Iustino additum non fuisse, ex eo patet, quod ipse ejus mentionem non fecit. & si vivente Iustino Rescriptum illud emissum fuisset, non dubium est. Iustinum ipso potius usurpum fuisse ad defensionem sui, quia ad Antoninum ipsum dirigitur Apologeticus, quam illo Hadriani, ad quem Apologeticus non pertinet, &c. Reliqua ad illam Marci Antonini de sua victoria Epistolam spectant, contra cuius authentiam multo plura & simul graviora SCALIGERUM objecisse, loci inspectio docet.

§. 4.

Longe vero duriorem Edicti nostri Censorem se exhibuit STYANUS THIRLBIVS in sua Opp. Iust. Edit. supra citata. Qui cum & ipse tres istas Epistolas sub finem Apologiae primae descripsisset, nostræ hanc Notam subjicit: p. 100. Magna ortu est controversia inter viros doctos de vero Scriptore huic Epistolæ. — Tot viros doctos & graves iudos fecit unus, idemque non vaferimus nebulo, qui hoc Rescriptum consinxit. Extat autem ejus Exemplum apud Eusebium L. IV. 13. haud paulo sanius hoc nostro, tum alis in rebus, tum etiam quod in Nostro adjecta quaedam sint a secundo quodam nebulone, cui non videbatur Imperator antea satis christiane loqui. Id nos descripsimus, additis lesionibus variantibus, quas suppedavit Chronicon Paschale; emendatione autem nostra dignum non censimus segmentum ineptum & puerile. Provocat deinceps Vireruditus ad SALMASIUM in H. A. qui vero de sola Marci Aurelii



relii Epistola loquitur; & ad ipsum illum S C A L I G E R I locum, quem modo dedimus. Moderatiorem Edicti Adversarum egit S. J. B A U M G A R T E N in Auszug der Kirchengeschichte P. II. p. 504 die Kayserl. Verordnung an die Astatische Städte ist einigen Schwierigkeiten so wohl ihrer ächten Richtigkeit überhaupt, als der eigentlichen Zeit ihrer Ausfertigung unterworfen. Die ersteren Zweifel beruhen auf dem Stillschweigen Tertulliani, und der Unbegreiflichkeit nachmaliger Verfolgungen der Christen ohne neue Kayserl. Befehle und Aufhebung dieser Verordnung, auch selbst der Verschiedenheit ihrer Zeitrrechnung; indem sie beginn Eusebio die Auffchrift M. Aurelii führt, doch unter Antoninum gesetzt wird, wohin sie sich auch besser schikt als unter Marcum; zumal da die übrige Bestimmung der Zeit in der zweifelhaften Auffchrift nicht leicht vertheidigt werden kann. Provocavit postea ad hunc locum idem Vir eruditus in der Aligem. Welt. P. XIII. p. 361. not. 350. das ganze Schreiben ist nicht gerings gem Verdacht unterworfen. Recentissime quoque admodum dubitanter de nostra Epistola loquitur S. R. D. D. S E M L E R U S in Sel. Cap. H. E. Tom. I. p. 32. Antonini Epistolam πρὸς τὸ κοινὸν Ἀσταῖς excitat Eusebius L. IV. cap. 13. si quidem satis genuina sit. Post S E M L E R U M vero, si jam plures alii dubitant, ego quidem non miror.

### §. 5.

Num itaque concussa per hæc, vel plane destructa est Edicti nostri Authentia? Observamus primo, a vicinia non nihil passam videri haec Antonini Pii Epistolam. Dum enim alteram illam M. Aurelii tot incommoda & manifesta vitia pre-

premerent, ut defendi nulla ratione posset; SCALIGER vero utriusque rationes tantum non in unum conjecterit: facile fieri potuit, ut minus circumspecti lectores idem de uatraque judicium ferrent, quod Thiribio evenisse haud obscurum est. Quare alii Viri eruditii utriusque causam probe discernendam existimarentur. Ita ANDR. RIVETVS quidem, in Critico S. p. 107. Scaligeri judicio de Marci Epistola plane subscribit, nostræ vero ne mentionem quidem injicit, ubi de iis agit, quæ Justino falso tribuantur. Ad calcem, ait, Apologiae secundæ pro Christianis addita est Epistola nomine Marci Aurelii Imperatoris, quam infra seculum Justinianum ab imperitissimo rerum romanarum Graeculo confitam fuisse. multis probat Illustris Scaliger ad Annum MLXXXIX. (reditus MMCLXXXIX.) Chronicæ Eusebiani. Atque eundem plane in modum, omissa nostra Epistola, de illa Marci pronunciat S. R. D. D. SEMLERUS in Sel. Capp. N. E. T. I. p. 49. Quibus (Justini Apologiis) addi olim solebat Epistola nomine Marci Aurelii Imp. quam Scaliger ad Chron. Eusebii infra Seulum Justiniani demum confitam esse docet. Sed nihil ad nos hæc Marci Epistola.

## §. 6.

Jam vero si Adversariis nostri Edicti, quorum quidem nobis copia fuit (m), respondendum sit; facile appetet,

C omnia

(m) Scriptū quoque GERH. JOH. VOSSIVS breves Commenta-  
rios seu Analyses in Epistolas Plinii, Trajani, Hadriani & M.  
Aurelii de Victoria sua, quam etiam pro supposita declarat, in

Opp.



omnia fere ad Scaligerum referri. Neque enim Thirlbii inventivæ quicquam probant, neque Exemplorum diversitas, si quoque maior esset, quam est. Idem enim Edictum, quod jam monuimus, latine scriptum plures invenire potuit inter pretes græcos, quorum aliis magis, aliis minus liberam versionem dedit: ut nihil jam dicamus de mutationibus, quas idem Edicti exemplum per librariorum sive incitiam sive audaciam perpeti potuit. Quam maxime enim authentica esse potest Epistola, nec tamen in omnibus suis vocibus casta & sana. Nunquam lectionum varietas in authentice præjudicium in veterum monumentis allegari solet. Et quænam tandem sunt gravissima illa argumenta, quæ Scaliger opposuit? Primo ait: *Rescriptum Antonini Pii a Justino additum non fuisse, ex eo patet, quod ipse ejus mentionem non fecit.* Secundo: *Si vivente Justino Rescriptum illud emissum fuisset, non dubium est, Justinum ipso potius usurpum fuisset ad defensionem sui, quia ad Antoninum ipsum dirigitur Apologeticus, quam illo Hadriaui, ad quem Apologeticus non pertinet.* Profecto, si his moveri potuerunt Viri eruditi, ut suppositam dicenter hanc Epistolam; iterum itemque rogo obtestorque omnes litterarum studiosos, ne cuiusquam nominis auctoritate capi se patientur. Primo enim nec ipsi volumus, nec plane necesse est, ut a Justino ipso Edictum suæ Apologiæ additum sit. Quocunque tempore & a quocunque id factum sit, nobis perinde est. Sufficit, Edictum etiam extra Historiam Eusebii existisse & notum hominem.

*Opp. Tomo IV. in Opus. Varii Argti. p. 59. sqq. Sed cur nostri Edicti ne mentionem quidem injecerit Vir eruditus, dividere non possum.*

hominibus fuisse. Quod vero ad alterum spectat, falso supponit Vir eruditus, Edictum tempore prius esse debuisse illa Justini Apologia, quæ in Epistolam Hadriani definit. Quo supposito rede quidem ratiocinatus est: si exstisset tale Edictum Antonini, illud quoque, ad eundem Antoninum, potius allegasset Justinus, ut tempore proximum, quam remotius illud Hadriani. A. posterius non fecit. E. nec prius locum habuit. At non cogitavit Vir eruditus, Antonini Edictum per ipsam illam Apologiam demum provocari potuisse, quæ Hadriani Edictum allegavit. Illud ergo non citare potuit, antequam existeret; hoc autem, quod exstisit, citavit. Tota itaque Viri eruditii objectio falso supposito nititur, secundam esse Justini Apologiam, quæ olim, & Scaligeri etiamnum tempore, pro secunda habebatur; revera autem prima est.

## §. 7.

Audacissimum videtur, magno *Scaligero* non assentiri. Quo minus itaque hoc vitio nobis vertatur, liceat sequentia addere: Plane non videtur Vir eruditus certam sententiam circa Apologias Justini secutus esse. Allegat ad A. MMCLXVIII. p. 198. Apologeticum Justini, quod Antonino oblatum fuisse censet sub initium ejus imperii, & statim post finem belli iudaici ab Hadriano profligati, quia Justinus in eo loquatur de *νῦν γεγενέσθε Ιεδαῖος πολέμω*. Deinceps vero ad A. MMCLVII. pag. 280. ait: *Justinus a Christo, ad id tempus, quo scribebat Apologeticum hunc, quum de Marcione loquitur, putat annos CL. quod tempus congruit medio imperio Antonini.* Sed constat illum circa ini-

tium imperii Antonini librum apologeticum Imperatori obtulisse. Atqui vero de τὸν γεγενέναν Ιεράπετρην πολέμῳ & de Marcione in eadem, prima hodie Apologia sermo est pag. 43. 49. & 85. Edit. Thirlb. quis hæc conciliabit? Idem porro in Animadv. seq. de Apologetico Justini ait: *qui quidem exstat, ejusque principium ab ipso Eusebio producitur L. IV, cap. XII. H. E. sed eodem Libro cap. XVI.* scribit δεύτερος Βιβλίον obtulisse Luc. Vero & Marco Aurelio Augg. & sub ipsis passum esse, quem librum non extare palam est. Atqui is liber exstat, & est hodie secunda Justini Apologia.

## §. 8.

At vero, cur non itidem *Justinus* alteri Apologiarum addidit nostrum Antonini Edictum, uti priori illud Hadriani? Potuisset id facere, si voluisset; sed quod non fecit, haud probat, Edictum illud Antonini non existisse. Deinceps secunda Apologia peculiari illo & tyrannico facto Urbici provocata fuit, quod satis injustum *Justinus* declarare poterat, etiam si nullum unquam pro Christiauis Edictum datum fuisset. Modeste etiam ac decenter fecisse dici potest, quod Antonini Pii Edictum non allegavit ad M. Aurelium & L. Verum, quos in prima jam Apologia ut Pii filios compellaverat. Audacius enim Imperatores montuisset, effectu vel plane destitutum, vel admodum tenui & transitorio gavisum fuisse Antonini Patris Edictum.

## §. 9.

Quod vero ad rationes Baumgartenianas attinet, & primo quidem ad silentium TERTULLIANI; hic omnino Cap. 2. Apolog.

ing. p. 2. Edit. Rigalt. ait: *At qui invenimus inquisitionem quoque in nos prohibitam, per illam scilicet Trajani ad Plinium Epistolam; quo facto deinceps, interim neque Hadriani neque Antonini mentionem faciens, Cap. 5, p. 6. pergit: At nos e contrario editus protectorum; si litterae M. Aurelii, gravissimi Imperatoris, requirantur, quibus illam Germanicam sitim Christianorum forte militum preceptionibus imperato imibri discussam contestatur.* — *Quales ergo leges istae, quas adversus nos soli exsequuntur impii, iniusti, turpes, truces, vani, dementes? quas Trajanus ex parte frustratus est, ventando inquiri Christianos; quas nullus Hadrianus, quamquam curiosus omnium explorator; nullus Vespasianus, quamquam Iudeorum debellator; nullus Pius, nullus Verus imprescit. Facilius utique pessimis ab optimis quibusque, ut ab aemulis, quam a suis sociis eradicandi judicarentur (n).* Hic itaque fuissest locus, ubi Tertullianus Edicti mentionem facere debuisset, si existisset: sed a Trajano statim ad M. Aurelium pergit. Verum enim vero nec Hadriani Epistolam recenset; & quod de Hadriano laudat, ejusmodi leges contra Christianos ab eo non profectas seu stabilitas esse, id de Pio quoque affirmat. Nondum itaque appetet, quid hoc Tertulliani silentium de Epistola ad Asianos missa probare possit. Et, si ejusdem auctoritas fidem conciliare nequit M. Aurelii Epistolæ apud Justinum

C 3

ter-

(n) Conf. ad hunc Tertulliani locum CHRIST. KORTHOLT de Persecutionibus Ecclesiae primaevae sub Imperatoribus ethnicis, p. 142. qui vero in eo admodum fallitur, quod M. Aurelium Philosophum nunquam Verum appellatum suisse existimat.



tertia, neque silentium hoc nostro Edicto debet derogare. Altera Viri eruditii ratio est, non patere, quomodo, si tale Antonini Pii Edictum existisset, Christiani iterum vexari potuissent, nisi abolito prius isto per novam & contrariam constitutionem. Ast eadem haec ratio iterum contra Hadriani quoque Epistolam pugnaret, quae tamen ab ipso pro genuina habetur *I. c. p. 495.* Nec difficile est, intelligere, qui, post datum unum alterumque Edictum pro Christianis, tamen repeti vexationes in provinciis potuerint, novisque Edictis locus dari. Semper enim Magistratus sacerdotum & superstitionis plebis clamoribus urgebantur; unde, qui non humanissimi ac justissimi inter illos essent, facilime ad denuo vexandos Christianos inducebantur. Reliqua, quae afferuntur, & de quibus mox plura dicentur, non magis contra Edicti Authentiam probant. Nam si omnia ista vetera documenta genuina non sunt, quae difficultatibus suis, chronologicis maxime premuntur; innumera profecto damnari ac pro suppositis haberi debent', de quibus nemo adhuc dubitat. Quae cum ita sint, nisi graviores rationes contra Authentiam Edicti proferantur, non videmus, quomodo de illa cum sufficienti ratione dubitare quisquam possit.

## A VCTOR EDICTI.

§. I.

**P**aulo impeditior videtur quæstio de vero Edicti Auctore, num  
*Titus Antoninus Pius, an Marcus Antoninus Philosophus pro eo ha-*  
*ben-*



bendus sit? Magna orta est controversia, ait THIRLBIVS l. c. inter Viros  
doctos de vero Scriptore hujus Epistolae. Petrus Halloxius, Guilielmus Ca-  
ve aliquie Pii esse contendunt: Valesius, Grabiis, Huetius, & maxi-  
ma pars eruditorum a Marco scriptam esse putant. Possemus quo-  
que auctoritates hasce plurimis aliis auctoritatibus cumula-  
re, si omnino ista nobis mens esset, tanto magis aliquid ve-  
rum certumque haberi debere, quanto plures suo id assensu  
confirmaverint. Duobus tamen prius agmen nominibus au-  
gebimus, BARONII, qui in Annal. ad A. 154. Edicti In-  
scriptionem apud Eusebium falsam esse declarat, ideo  
quod Marco Aurelio illud adscribat; & MOSHEMII, qui allat-  
is rationibus, ut Pio vindicaret Edictum, allaboravit, in Com-  
ment. de Rebus Christianorum ante Conf. M. p. 240. Planissimum  
videri posset, ad rationes chronologicas totam causam exige-  
re, quæ fallere minime possint; maxime cum Inscriptio  
ipsa Edicti Annos Trib. Pœst. & Consul. Auctoris exhibeat. At  
vero valde incerta sunt ratione temporis Justini fere omnia;  
& quæ in Inscriptione fili Ariadnæ instar nobis esse debebant,  
ita sunt comparata, ut, penitus inspecta, difficultates  
potius augeant.

## §. 2.

Interim cum persuasum nobis sit, satis evictam esse su-  
periori segmento Authentiam Edicti; Antoninum Pium potius,  
quam Philosophum Auctorem ejus habendum esse, ex univer-  
so illius habitu plane judicamus. Ea enim est recensionis  
Eusebianæ series, ut eidem Imperatori, cui Cap. 12. Justini  
Apologiam inscriptam fuisse ait, qui Pius sine controversia  
est,

est, hoc quoque Edictum necessario adscribi debeat. Reperimus verba Historici: *Interpellatus quoque IDEM IMPERATOR ab aliis fratribus in Asia commorantibus, qui omni injuriarum genere vexabantur a Provincialibus, ad Commune Asiae hujusmodi Constitutionem misit*; quo solo nexus confecta res videri debet, nisi omni fide indignum Eusebium pronunciemus. Neque dici potest, post Imperatorem Pium etiam Marci Aurelii in Inscriptione Justini mentionem fieri. Ubi enim βασιλεὺς post nominatos Imperatorem & Cæsares ponitur, non hos, sed illum tantum intelligi debere, ipsa nominis ratio suadet. Præterea supra vidimus, apud Justinum expresse *Tito Flvio Hadriano Antonino Augusto Pio Edictum tribui*. Quisquis enim ille fuerit, qui Edictum Justino subjicit, nemo tamen unquam demonstrabit, eum verum Edicti Auctorem scire non potuisse.

## §. 3.

Quemadmodum vero hæc pro Pio aperte militant; quibus etiam illud ZONARE testimonium supra allatum jure suo accensetur; nec non OROSII: *Justinus librum pro Christiana religione compositum Antonino tradidit, benignumque eum erga Christianos fecit; & XIPHILINI, qui narrat, cum vehementer amasse Christianos, & beneficia, quibus eos Hadrianus persequebatur, etiam auxisse; apud BALDVINVM l. c. p. 86. ita alia in promtu sunt, per quæ Antonino Philosopho Edictum plane abjudicatur. Certissimum enim est, quicquid contra dicat BRUCKERVS in Hist. Crit. Philos. T. II. p. 587. sq. statim sub initium Imperii Marci, & per omnem ejus decursum, durius habitos, im-*

mo atrociter vexatos fuisse Christianos; adeo ut MELITO in sua *Apologia* ad hunc ipsum Imperatorem dicere ausus sit: quod nunquam antea scđum fuerat, persecutioem nunc patitur piorum hominum genus, novis per Asiam Decretis exigitatum. Impudentissimi namque delatores & alienarum opum cupidi ex imperialibus Edictis occasionem nasci, palam diu noctuque graffantur, spoliantque homines innovios. Vid. EUSEBII H. E. L. IV. cap. 26. (o). Et quanvis plures Christianorum Apologetæ sub Marco surrexerint, post Iustinum atque hunc ipsum Melitonem; MILTIADES, CLAUDIUS APOLLINARIS, ATHENAGORAS: nemo tamen Historiorum tradit, Marcum Antoninum pro Christianis quicquam edixisse, si ab hac Epistola & illa de Victoria sua tantisper discedamus. Multi sane illi oblati sunt libelli apologeticæ pro Christianis, sed nihil impetrasse videntur, ait BALDUINUS l. c. p. 91. At cur Marco Edictum adscribamus, cui tota Historia ipsique mores Imperatoris reclamant? Ut enim multa admodum egregia de Ipso prædicari possunt ac solent; ita dubio tamen caret, eum superstitionis idololatriæ tenacissimum fuisse, nimiumque aures Philosophis ita dictis præbuisse, quos infessimos isto tempore hostes Christiani experti sunt. Vid. S. R. D. D. COTTA P. III. §. 497. p. 1412. sq. MOSHEMIUS l. c. p. 241. sqq. & Cel. SCHROECKHIUS l. c. p. 73. sqq. Accedit his, quod statim post Pii excessum Antoninus Philosophus Lucium

D

Verum

(o) Disputant quidem nonnulli, annon inscio hæc & invito Imperatore facta sint? At, si concedamus hoc, longissime tamen etiam num absimus ab Edicto pro Christianis tali, quale hoc nostrum est. Conf. BRUCKERI Hist. Crit. Philos. T. II. p. 590.

Verum secum Augustum esse voluit, quod primum tum fa-  
ctum esse, ut Imperium duos Augustos haberet, CAPITO-  
LINUS testatur in Anton. Philos. Cap. 7. Nascitur hinc conje-  
cta, annon utriusque potius Augusti nomen, quam unius  
Marci, Edicto præponi debuisset? Certe Inscriptio aliqua  
apud ONUPHRIUM in Fassis Consul. p. 64 utrumque exhibit.  
Sin autem demum post L. Veri obitum Edictum a Marco  
emissum dicas; vide, quibus rationibus historicis adstruere  
id possis.

## §. 4.

Atque sic ad nodum difficultissimum pervenimus, qui vel  
solvendus, vel, si placet, secundus est. *Marcus Antonino*, non  
*Tito Antonino* inscribitur Edictum in omnibus Eusebii Editionibus.  
*RUFINVS* quoque in sua Versione *Mari* nomen ha-  
bet; *MVSCVLVS* autem, uti & *GRYNÆUS*, sentientes procul  
dubio difficultatem, in suis Versionibus neque *Titum* neque  
*Marcum* nominant: *NICEPHORVS* denique, ad quem constan-  
ter Lectorem ablegat Editio Valefiana, quamvis *Antonini PII*  
Edictum esse, antea affirmasset, vulgarem nihilo minus In-  
scriptionem sequitur: *Imperator Caesar Marcus Aurelius*. De  
his itaque jam dispiciendum est. Audiamus *VALESIVM*,  
quem jure principem inter illos dixerimus, qui pro *Marcus*  
sententiam tulerunt. *Inde recentiores repetierunt*, ait *BRUCKE-  
RVS* in *Hist. Crit. Philos.* T. II. p. 588. qui & ipse *Marcus Episto-  
lam* adscribit. Ita vero *Vir eruditus* in *Annot. ad Eusebium* p.  
66. *Errat Eusebius*, qui *Antonino Pio* hanc Epistolam tribuit, cum  
fit

st Divi Marci, ut ex Inscriptione ipsi apparet, scripta Anno primo ejus imperii, cum ipse esset tertium Consul. Vide Fastos Onuphrii ad Annum Vrbis 914. Hunc Eusebii errorem vidit quidem Author Chronicus Alexandrinus: sed illam Epistolam Imp. Marci male assignavit anno ejus decimo. Eusebii errorem fecutus est Joh. Zonaras. Scribit enim, Justinum Philosophum Apologiam pro Christianis Antonino Pio obtulisse, qua perniciosa Imperator Edictum ad Communem Asiae scripsit, ne ullus Christianorum religionis causa puniretur, sed si quis eo nomine delatus esset, accusatore mulctato, reus dimitteretur. Scio quidem, P. Halloixium in Notationibus ad Vitam Iustini contendere, hanc Epistolam esse Antonini Pii; sed argumenta, quae ad hujus rei probationem afferunt, parum mihi firma videntur. Nam quod ex Melitonis Apologetico adducit, prorsus evertit ejus sententiam. Quippe Melito omnia illis Rescripta Antonini pro Christianis recenset; Epistolam sciillet ad Larissaeos, ad Thessalonicenses, ad Athenienses & ad omnes Graecos. Quod si Episcola ad Communem Asiae esset Antonini Pii, certe eam non omissurus fuisse Melito, utpote Asianus. Quomodo enim eam ignorare potuisset, quae publice proposta fuerat Ephesi? Cur vero alias quidem Pii Epistolas, ad Macedonas & ad Achivos scriptas, commemorasset; hujus vero ad suos populares scriptae ne mentionem quidem fecisset?

## §. 5.

Observamus ad hæc: Quæ PETRUS HALLOIXIUS argumenta attulerit, tam infirma Valeo visa, judicare non possumus, cum libri ipsius copia non sit. Quod autem contra eum ex Melitone urgetur, quod omnia Antonini Pii pro Christianis

D 2

rescrip-



Rescripta receperat, hujus vero ad Commune Asia non meminerit; parum roboris habere nobis videtur. Eusebii verba haec sunt: Ο δὲ πατήσει, καὶ σὺ τὸ σύμπαντα διοικῶντος ἀυτῷ, ταῖς πόλεσι περὶ τὴν μηδὲν νεωτερίζειν περὶ οὐδὲν ἔγραψεν; εἰ οὖτις καὶ πρὸς Δαριοστάτες, καὶ πέρι Θεσσαλονικεῖς, καὶ Ἀθηνάσις καὶ πρὸς πάντας Ἑλλας. EUSEBIUS L. IV. Cap. 26. Hæc sive hypothesi inserviturus ita vertit VALESIUS: Pater quoque iussus quo tempore cuncta simul cum ipso administrabas, scripsit ad Civitates, ne contra nos tumultus concitarentur: nominatim ad Larissaeos, ad Thesalonicenses, ad Athenienses, ad universos denique Graecos. At vero in verbis εἰ οὖτις, in quibus etiam, plane non videmus, omnia Antonini rescripta Melitonem recensere voluisse, vel omnia nominatim heic exhiberi. Atque si concedamus hoc, admidum verisimile est, Edictum nostrum ad Commune Asia datum, illud ipsum esse, quod Melito ad omnes Gratios missum ait. Nominatis enim Macedonibus & Achivis, sub quibus tota Græcia Europæ intelligi potest; illi omnes Gratios Asiani esse possunt, quorum præcipua sedes in Asia Proconsulari erat. Deinde, id quod MOSHEMIUS maxime i. e. urget, cum Melito suam Apologiam Marco exhibuerit; credibile non est, necesse fuisse, ut Melito justitiam & clementiam Cæsaris iterum pro Christianis imploraret, si prius illud Edictum Antonini Philosophi fuisse.

(p) MOSHEMIUS l. c. eam Rescriptorum Antonini Pii seriem fuisse verisimiliter tradit: Cum mortuo Hadriano, vi Epifolab hoc pro Christianis scripta, criminis ejusdem arguendi essent Christiani, & aquiores Provinciarum Praesides fortasse cultum Christi

§. 6.

cri.

## §. 6.

At non solum Inscriptio Marcum habet, sed etiam re-  
te VALESIUS ad Fastos Consulares ONUPHRII provocat, secun-  
dum quos Marcus Antoninus Philosophus Anno sui Imperii  
Primo & tertium Consil erat & Ann. Trib. potest. XV. agebat;  
cum e contrario secundum eosdem Fastos in Pio Trib. potest.  
XV. & Consul. IV. coincidant, quare etiam BARONIUS l. c. a-  
pud Eusebiū quoque Cons. IV legendū existimavit. Verum  
unde habuit VALESIUS, Edictū hoc primo Imperii anno  
à Marco datum fuisse? Nos contra vidimus, in initium ejus  
Imperii Edictū Christianis adeo favens cadere nullo modo  
posse. ZONARAE locum supra dedimus; potest hujus au-  
toritas plane Eusebīo niti; potest vero & aliis documentis.  
CHRONICUM ALEXANDRINUM Marco quidem Edictū tri-

D 3 buit,

criminis loco habere nollent; impietatis illos seu Atheistū a pagani  
postulatos fuisse, cui novæ injuriæ occurrerit Iustinus in Apo-  
logia prima; nihil tamen minus Imperatorem a pluribus quæsitum,  
quatenus gratificandum esset populis necem Christianorum poscen-  
tibus, rescripsisse ex lege Hadriani, parcendum esse Christianis,  
nisi contra Imperium turbas excitarent, quo illa pertineant Re-  
sponsa, quæ Larissæis, Thessalonicensibus, Atheniensibus & omni-  
bus Græcis data fuisse Melito referat; at denuo irritatis per terræ  
motus provincialibus, quasi Christiani, Deorum contemtores, illo-  
rum cause exsisterent; tam demum Imperatorem hoc nostrum E-  
dictū ad Commune Asiac dedisse.



buit, sed Melitonis, non Justini, *Apologia impetratum illud dicit*; quam sententiam PAGIUS ad Baronium suam fecit. Quod vero VALESIUS in eo reprehendit, id defendit idem PAGIUS p. 150. hoc unum vitium ei vicissim exprobrans, quod *Annum Trib. Poteſt. XV* ex Eusebio servaverit, qui XXIII esse debebat. Ita vero omnia magis incerta fiunt; nec fidem meretur, recentior *Chronici Alexandrini Author contra Eusebium*, qui, dum valde copiosus est in Melitonis laudibus, atque ex *Apologia ejus* nonnulla in suam Historiam transtulit, id profecto non ignorasset, si Melitonis *Apologiae Edictum* adscribendum fuisset. Multis nominibus itaque præstat auctoritas *Eusebii*, qui cum Justini *Apologia*, Antonino Pio dictata, *Edictum* connectit; atque hoc ipsum insuper plura argumenta suppeditat, qua Pio illud vindicant, uti videbimus in Annotationibus Textualibus.

## §. 7.

Quid ita tandem? Nos quidem cum PABEBROCHIO, apud PAGIUM l. c. plane existimamus, totam hanc Inscriptiōnem non ab Eusebio profectam, sed suppositam & Edicto ab alia manu temere præfixam fuisse, ad quod nullo modo pertinebat. (q) Neque vero etiam vera Inscriptio restitui potest, dum tempus Edicti latet, quod semper latebit. BARONIUS

(q) Simile quid de Inscriptione *Apologiae Athenagoræ* suspicatus est  
JOH. DES VIGNOLES in *Diff. de Columna Antonini Pii Vid.*  
MOSHEMIVS in *Vol. Diff. ad Hist. Eccles. pertinentium*. p. 275.

NONUS quidem ad A. 154 illud refert: sed si primam Apologiam Justinus circa A. 140 tradidit, quae plurimorum sententia est; Edictum quoque citius proponi debuit. Videri posset illa Inscriptio substitui debere, quam Epistola apud Justinum habet; sed non convenient in Proptera, ut jam diximus, A. XV Trib. Poteſt. & III Conf. Atque hoc ipsum est, quod in hac Inscriptione Eruditos maxime torquet; simul vero illam ipsam genuinam esse non posse ostendit. Ut enim in Marco Aurelio isti Anni convenient, ita eo tempore, quo convenient, nondum Armeniaci nomen gerebat. Vid. PAGIUS ad Baron. I. c. qui collatis tribus Inscriptionibus, quae apud Justinum, apud Eusebium & in Chronico Alexandrino leguntur, in eam tandem sententiam abit, A. Trib. potest. XV in XXIII corrigi debere, Edictumque ipsum A. 169, qui Baronio 171 est, a Marco promulgatum fuisse. Atqui hoc tempore Marcum Christianis adeo favisse, nulla ratione ostendi potest. Melitonis vero Apologia ad edendum hoc Edictum Marcum Aurelium permotum fuisse, in quo Chronico Alexandrino adstipulatur PAGIVS, per ipsa Eusebii verba, Edicto subiecta, refellitur: *Haec quidem ita gesta esse.* Melito, Ecclesiae Sardenis Episcopus, qui iisdem temporibus floruit, perspicue testatur in Apologetico illo, longe utilissimo, quem ad Imperatorem Verum pro nostra religione conscripsit. Sensit hoc dubium, at satis infeliciter removit PAGIVS I. c. p. 158.

## §. 8.

Aliam solutionem plane non admittere videtur quæſtio vexatissima; quam si conjecturam mavis dicere, eamque audacio-



daciorem, non multum repugnabimus. Possimus tamen etiam conjecturæ rationem afferre satis probabilem. Cum enim prima hæc Justini Apologia, Imperatori Antonino Pio inscripta, olim pro secunda haberetur, Justinus autem non multo post secundam Apologiam martyrum subiisse vere diceretur: locus non esse videbatur cuidam Antonini Pii Edicto pro Christianis, quia Justinus sub finem Apologiae ad solam Hadriani Epistolam provocaverat: hoc vero incommodum mutata Inscriptione facile tolli posse putabantur. Potuit quoque eo aliquid conferre insignis illa sapientiæ, clementiæ ac justitiæ fama, qua semper Marcus Aurelius floruit, ut hodiendum floret; quin admiratores ejus, etiam inter Christianos, facile induci potuerunt, ut eximium hoc Edictum ipsi, vel falso, tribuendum putarent, ad abstergendam quodammodo maculam, quæ ex Christianorum vexationibus tanto nomini inhæbat. (r) Denique & hoc dici potest, non tam solemne Edictum, quam Epistolam potius, quæ tali Inscriptione carere poterat, ab Antonino Pio ad Asianos, quorum olim Proconsul fuerat, datam, & huic postea, ut maior auctoritas ei conciliaretur, Inscriptionem ab homine nimis curioso, nec tamen harum rerum satis perito, præpositam fuisse. Lubentissime vero alios vicissim audiems, qui faciliori ratione ac magis commendabili ex tantis se difficultatibus noverint expedire.

AN-

r.) *Viridotti, qui Marco hoc Edictum tribuunt, ideo tantum hoc faciunt, ut mala, Christianis sub Antonino Pio (leg. Philosopho) illata, extenuent, atque post levem calamitatem, quam sub initium imperii ejus senserant, superatam perpetua eos pare sub hoc Imperatore usos esse persuadeant. MOSHE MIVS l. c.*



## ANNOTATIONES TEXTVALES.

**A** utonētōg Kaiſer &c. Quæ ad explicationem integræ hujus Inscriptionis, atque ad titulos istos Imperatorum pertinere possent, Jureconsultis & Antiquariis relinquimus; nostri illa fori non sunt.

**Kaiſer.** Miror, VALESIVM sua hoc attentione dignum judicasse, quod tria Ms. primam hujus vocis syllabam semper acuere deprehendit; quod purum putum librariorum vi- tium est, ex ignorantia Grammatices ortum. Quid? Si mul- ta, seu innumera hujus generis inventa critica Viris illis eru- ditis aliquando debeamus, quorum opera in colligendis Tex- tus V. T. Lectionibus Variis adeo hodie celebratur?

**T**ος νομίζεται Ασία, Communi Asiae, i. e. συνεδρίω: qualia Conci- lia gentis alicuius communia plura memorantur in Scriptoribus. Vid. VALESIVS ad h. l. A Græcis postea idem dicendi genus ellip- ticum ad Romanos transiit, cuius plura exempla, Ciceronis etiam, GESNERVS allegat in Thes. sub. h. v. Ex Digestis quoque, plures titulos hic confert BALDVINVIS l. t. p. 89. Asia heic, uti sèpissime, non intelligitur tota illa orbis cogniti pars, sed illæ tan- tum provinciæ, quæ ad Hellespontum & Mare Græcum sitæ, ab u- no Proconsule regebantur; unde etiam Asia Proconsularis dicta fuit.

**E**γώ μὲν οἶδα Equidem scio, Diis ipsis curae esse &c. Quo sensu his verbis usus esse Antoninus videatur, & quo in univerūm valere possint, dispiciendum est. Forsan in animo habuit illud Tiberii, apud quem cum Rubrio cuidam, Equiti Romano, crimini dabatur, quod perjurio nomen Au-

E

gusti



gusti violaverit, Tiberius Consulibus scripsit, *jusjurandum perinde aestimandum*, quam si Jovem fefelleret; Deorum injurias Dñs curae. TACIT. Ann. L. I. cap. 73. Scilicet, noluit tamen Tiberius durus ac sanguinolentus videri. Neque tamen ipse Tacitus Imperatoris responsum probavit. Antoninus vero, mitem in Christianos, quos injuste exagitari videbat, animum commendaturus, aptiorem sententiam ad suos homines in introitu statim Edicti collocare non poterat; quia, si non omni sensu vera illa est, facile tamen prium audientibus se insinuat, & malevolorum astutum aliquantum restinguat. Quod hec Antoninus principio significat, Christianos Deorum, quibus sacrificare volunt, iudicio relinquendos esse, hoc facere videtur ad eludendam paenam. Sunt verba BALDVINI l. c. At quis eo usque haec extendat, ut blasphemos perjurosque nullis paenis cærceri posse ac debere dicat? Omnino Deus beatissimus quacunque hominum improbissimorum infania non laeditur, eo modo, quo nos ab aliorum injuriis patimur; neque hoc sensu sui Vindices nos desiderat. At vero, si vel Amicum verbis laedi graviter ferimus; quis Magistratus, Dei ipse reverens, blasphemos perjurosque impune grassari finet? Accedit his, ut, qui omnem divini Numinis sensum se abjecisse verbis factisque testatur, eo non delabi vix possit, ut nec civilibus ullis legibus constringi amplius tenerive se putet. Parvi enim faciet, qui ultra nihil metuit, brevissimi temporis supplicium, multorum annorum facinora tandem luens. Quare, si quid etiam ob formam Politiae judaicæ theocraticam, singulare habuit Lex divina de necandis blasphemis Lev. XXIV. 16. ob alias tamen rationes, omni humano generi communes, suis blasphemos

pœ-



pēnis jūre affici, nemo cum fundamento negabit; quia vero capitales esse debere, nisi aliae circumstantiae id poscent, minime contendimus. Multa fuit olim *detoleranda*is Atheis disputatio, in quam excarrere jam animus non est. Negat tolerandos esse BOEHMERVS in *J. E. Prot. P. IV.* p. 1020.

*Κολάσαιν ἀν.* Exemplum Epist. apud *Iustinum* addit: *ἐπεὶ δύναντο, si quidem possint;* quod omnino vitiosum videatur. Quod in reliquis differt, nihil momenti habet.

*Αὐτὸς προσκυνεῖν.* Ita Herodotus & Aristophanes hoc verbum confirunt, apud SCAPULAM sub h. v. & Novum quoque Test. *Luc. IV. 8. XXIV. 52. Joh. IV. 24.* Frequentius tamen in N. T. cum Dativo construitur, uti & apud *Iustinum* in hoc ipso loco legitur. Notamus, priores illas Profanorum auctoritates STEPHANVM ignorare: non ergo Scapulæ Lexicon mera Epitome, ut vulgo creditur, Thesauri Stephaniani est.

*ἢ οἱ ταραχῶν — qui eorum, adversus quos tumultuamini, sententiam ac propositum amplius confirmatis, dum eos accusatis tanquam impior. Ita rectissime sensum textus græci nobis referre* videatur VALESIVS. Dicere vult Antoninus, Atheismum Christianis imputando adeo nihil proficere gentiles, ut eo ipso magis confirmentur in sua opinione, utpote minime rei hujus criminis, qui pro suo Deo mori parati sint, & in terræ motibus plus fiduciae in Deum demonstrent, quam alii. Nam qui falso erroris seu criminis se argui norunt, tanto fortius resistunt accusatoribus. Itaque plane supervacuum existimamus

Notam VALESII ad h. l. Nicophorus post haec verba addit ~~τρέπεται~~ ~~μένει~~  
 (νικῶ) quam scripturam confirmat Rufini interpretatio. Sed vos, in-  
 quis, confirmatis eorum quos persequimini, sententiam, quam de vobis  
 habent dicentes vos impios esse: sive, ut nos legimus in NICE-  
 PHORO latino: Opinionem quoque eorum, quam de vobis conceperant,  
 ut Atheos vos nullorumque prorsus Deorum criminantur, confirmantes.  
 At sine controversia rectius se habent textus Enstibii & ver-  
 sio Valesi latina, quibus etiam exemplum Epistolæ apud Ju-  
 stinum adstipulatur; quam quæ Rufinus & Nicophorus dici vo-  
 lunt. Quemadmodum enim elegantis Græcitatæ est illa con-  
 structio & valde plana, modo ἡγετεῖς ἔχετε pro inciso habeat-  
 tur, ut & βεβαιωτες & κατηγορευτες ab eodem verbo ἐπιβα-  
 λετε pendeant: ita non legimus, solemne fuisse Christianis,  
 Atheismi insimulare gentiles, nisi forte, ubi ipsi se ab isto  
 crimine purgabant, per justam retorsionem & consequentiam  
 Atheismi potius reos dicebant Idolorum cultores. Iste pre-  
 terea Rufini & Nicophori sensus prorsus contrarius fuisset scopo  
 Edicti. Id enim Imperator agebat, ut animos gentilium  
 magis conciliaret Christianis, quod frustra tentasset, si Athe-  
 ismum illis ab his objici dixisset.

Βεβαιωτες τὴν γνώμην ἀντάνε — Eorum sententiam ac propositum  
 amplius confirmatis. Riserunt quoque Emp̄ectæ quidam recen-  
 tiores veterum Christianorum constantiam in perferendis sup-  
 pliciis & contempnenda morte, quasi solis dissentientium  
 contradictionibus & vana heroismi affectatione productam. PLI-  
 NIUS jam in Epist. ad Trajanum peruvicaciam & inflexibilem obstinatio-  
 nem dixit; & M. AVRELIUS L. XII. Ad se ipsum p. 238. Edit. Woll.  
 ait.

ait. Qualis est anima ea, quae parata est jam statim, si oportuerit,  
 e corpore emigrare, & vel extingui, vel dispergi, vel permanere? ita  
 paratam dico, ut a judicio peculiari promptitudo haec proficiat, non ab  
 oblatione mera, pro Christianorum more. Conf. BRVECKERVS  
 in Hist. Crit. Philos. T. II. p. 591. At mitius longe nostri Edicti  
 sententia sonat. Ferri haec possunt, nec confutari merentur  
 in hominibus, praeceptorum ac promissionum Christi igna-  
 ris. Num vero omnes, qui martyrium ambierunt & subie-  
 runt, certa sententia ducti fuerint, difficile dictu est. Quis  
 enim novit spiritum hominis, & motiva omnia, quorum vim,  
 ut ageret, quod egit, in animo sensit? Celeb. SCHROECKHIVS  
 ita inter alia de hac re pronunciat l. c. p. 91. Bey der gegenwärti-  
 gen Frage ist es gewiß, daß manche Christen dieser Zeiten sich in einem  
 Anfall von schwärmerischen Trieben in den Märtyrer-Tod gefürzt  
 haben. Ihr unzeitiger Eifer ein Leben ungezwungen hinzugeben, das  
 sie GOTT noch länger auf der Welt schuldig waren, und das ihnen die  
 Feinde sonst nicht würdigen geraubt haben, legt einen Beweß davon ab.  
 Hätte man nicht so viele Ursachen, an der Zuverlässigkeit der meist al-  
 ten Martyrergeschichten zu zweifeln, so würde man noch in dem Betragen  
 verschiedener Christen eine zu ungefährm anfallende Kize bemerken können.  
 Addantur vero & reliqua, in quibus causas hujus phæno-  
 meni prodit. Hoc certum est: qui e. g. EVSEBII Hist. Eccles. a  
 capite ad calcem legerit, nullis aliorum opinionibus occupa-  
 tus; vel invitus tamen sentiet, non eandem omnium, priorum  
 & posteriorum, Martyrum, quorum meminit, causam  
 fuisse; sentiet adeo, ipsum Eusebii stilum sensim sensimque a  
 nuda & simplice narratione ad ornatius, incitatius ac vere



panegyricum dicendi genus deflexisse, quod hac in re non optimæ causæ indicium videri potest.

*Q̄c d̄ T̄w̄, tanquam impior. Atheismi accusatos fuisse primos Christianos a gentilibus, ut res notissima est, ita nemini mirum videri potest. Qui enim idola sua ab illis non coli, quin imo ludibrio haberet, despici ac manibus pedibusque perturbari videbant; conf. KORTHOLTI Tract. de Calumniis Pagan. in veteres Christianos sparsis Cap. VIIII. p. 57. sqq. ii, dum suum sacrorum sensum sequebantur, non aliter de Christianis statuere poterant. Inprimis & hoc observatum est Viris eruditis, tum maxime, postquam aliqua lege imperatoria, ut Hadriani, Christianis, nisi remp. turbarent, prospectum quodammodo erat; hoc sibi unum superesse credidisse Paganoꝝ, ut Christianos tanquam Athros tollendos clamarent. Immo quasi in publicam abjurati Christianismi formulam abiverat, si quis dixerit: *Tolle Atheos.* Ita Proconsul ad Polycarpum: *Jura per genium Caesaris; Resipisci; Dic: Tolle Atheos.* Polycarpus autem, gravi ac severo vultu, turbam omnem, qua in stadio erat, contuens, manumque in eos intendens, non sine gemitu, sublatis in cœlum oculis dixit: *Tolle Atheos;* in hoc uno, sed alio sensu gratificatus Proconsuli. Vid. EVSEBIVS L. IV. cap. 15. Cum vero in ipsa hac calumnia repellenda multus fuerit Justinus in Apol. prima; exinde quoque tum pro Authentia, tum pro Auctore hujus Edicti novum argumentum nascitur non contemnendum.*

*"Em d̄. Inter hæc & priora verba Epistola hæc apud Justinum habet: η ἐτρέπεται ἐμβάλλεται, ἀτραπὴ δυναμεῖσθαι d̄.*



*δέξαι. Et alia quaredam abjicitis crimina, quae probare non possumus.*  
*Hæc sine dubio supposita sunt, non tam quod Enſibius & re-*  
*liqui ea non habent, quam quod indigna Imperatore viden-*  
*tur. Ita quoque magis illos irritasset atque armasset in Chri-*  
*stianos, quibus leniora conſilia persuadere volebat.*

*"Em δ' ἀναγένοις. In quibusdam Codd. VALESIVS de-*  
*prehendit εἰν δ' ἀνείσθαι, quod præfert, nec sine ratione.*  
*Consentit Epifolia apud Justinum; sed res parvi momenti est.*

*Τὸ δοκεῖ κατηγορεύοντος, αλii κατηγορεύεται, αλii τῷ δοκεῖ*  
*κατηγορουμένοις. Vid. VALESIUS p. 67. Ast idem sensus manet:*  
*semper enim dicitur, optabilius videri Christianis, si accu-*  
*sentur, mori pro suo Deo, quam vivere. Επὶ τῷ κατηγορεύοντος*  
*apud Justinum objectum accusationis indicat; ubi de*  
*οὐκέτι Θεῷ nihil invenias, qui θεοῖς αἱλοτεστοις opponitur.*

*Προβεμενοι τὰς ἐαυτῶν ψυχὰς, animas suas projicienes. Phrasis*  
*plane latina. Sic VIRGILIUS Aen. VI. 436.*

qui sibi letum

Infantes peperere manu, lucemque perosi  
 Projecere animas.

Et LVCANVS IV. 516. de Vulteo:

Vitam projeci Comites, tutusque futuræ  
 Mortis agor stimulis. Furor est, agnoscere solis  
 Permissum est, quos jam tangit vicinia fati,  
 Viuturosque Dei celant, ut vivere durent,  
 Felix esse mori.

Nec





Nec non HORATIVS L. I. 12.

Animæque magnum  
Prudigum Paulum, superante Pœno,  
Gratus insigni referam Camœna  
Fabriciumque.

PLUTARCHVS habet προθεσμιαν τον Κιον, quod itidem ex Latinitate repetit BVDÆVS apud Stephanum. Multo tamen sublimior illa Pauli Act. XX. 24. XXI. 13. & Christianorum nostrorum Philosophia est, qui nomini Jesu id se debere affirmabant, atque certissima eademque amplissima præmia instituebantur. Illis præter mortem & aliquam inter superstites famam nihil obversabatur. Si Auctor Edicti Christianus fuisset, ab hac phraſi sine dubio abstinuſet.

"Ηπειρος πειθαρενοι, οις — quam ut ea facere, quae vos jubetis, in animum inducant. Supple εκείνοις, οις — & plana omnibus erit constructio Græcis familiarissima.

Περὶ δὲ τῶν σεισμῶν — de terrâ motibus autem &c. Etiam in his argumentum inest, Antonino Pio, non Philosopho, Editum deberi. Nicomediam & Nicenæ urbis plurima sub Hadriano terræ motu everſa fuisse, Chronicon EVSEBII testatur ad A. 123. Idem vero sub Antonino Pio passim evenisse, CAPITOLINUS perhibet in hoc Imp. cap. IX. Adversa ejus temporibus haec evenerunt: famæ, de qua diximus; circi ruina; terræ motus, quo Rhodiorum & Afiae oppida conciderunt; quæ omnia misericordie instauravit. Non uni vel alteri civitati, sed pluribus illata calamitas intelligi in Edicto debet, quia ad Commune Afiae datum



❀ ♦ ❀

datum est. In Antonino Philosopho autem, quamvis saepius publicas calamitates memoret CAPITOLINUS, inundationem Tiberis, famem, iuem, Capp. VIII. XVII. XXI. de terra tamen motibus nihil habet, nisi quod Cap. XXIII. op. *pidis labentibus auxilium Marcum tulisse dicat.* At hæc, si quidem ita intelligendus sit *Capitolinus*, sub finem demum ejus imperii configerunt, uti & EUSEBIUS in *Chron. ad A. 182.* Smyrnam, Asiam urbem, corruisse, & eodem anno Marcum quoque obiisse refert. Hæc itaque ad Edictum nostrum trahi non possunt. Notissima cæterum res est, amasse gentiles calamitates publicas quascunque per calumniam a Christianis, tanquam Deorum contemtoribus repetere. Si Tiberis ascendit ad mania, si Nilus non ascendit in arva, si caelum fletit, si terra movit, si famæ, si iues; flatim Christianos ad Leonem, scil. exclamant. TERTULLIANUS in *Apolog. cap. 40. p. 36. Edit. Riga.* Nec tamen negamus, *Melitonem* in sua ad Antoninum Philosophum *Apologia*, declamatorem potius quam Historicum egisse, quando ait: *Porro religionem nostram bono publico adolevisse una cum Imperio, quod feliciter ceptum fuerat, illud certissimo arguento est, quod jam inde à principatu Augusti nihil adversi, sed contra omnia prospera & magnifica ex animi sententia votoque omnium configerunt.* Apud EUSEBIUM L. IV. cap. 26.

Oὐκ ἔτοπον — Non absurdum videtur. Exemplum in Justino habet εἰς ἄνδρας, quod hanc constructionem poscit: *non aequum est, vos de terræ motibus mentionem facere.*

Παραβάλλοντας τὰ ἡμέτερα, præfert ὑμέτερα, quod & Versione sua exprimit VALESIUS, secutus maxime Langum Nice.



Nicephori interpretem. Multo coactior CHRISTOPHORSONI interpretatio est, qui παρεβάλλειν per conferre dedit, monitosque ab Imperatore gentiles voluit, ne oinnes suos casus in religionem tanquam in eorundem causam conferant: nimium enim oculos ferit, comparationem hic inter Christianos & gentiles institui. Παρεβάλλοντες in Epistola Justini mendosum est pro παρεβάλλοντας.

Oī μὲν ἐν — Atqui illi quidem maiorem tum fiduciam in Deo collocant. Illustre pro Christianis illius temporis testimonium, ab homine ethnico perhibitum. Hic vero maxime locus esse videtur, in quo nimis christiane Imperatorem loqui, adeoque totam Epistolam rejiciendam putavit THIRLBUS. Num itaque nimium nobis sumemus, si tales tum Christianos se gessisse dicamus, in primis in ejusmodi calamitatibus publicis, ubi omnia vita subsidia atque commoda homines destituebant, & præter Deum & beatæ æternitatis spem nihil erat, quod animum recreare ac fulcire posset? Potuit vero Imperator quoque ista scire, &, cum in eo sit, ut ad saniorem mentem suos revocaret, existimare, magnam hujus exempli vim fore. Quod vero τὸν Αὐτον pluribus illis Diis opponit, suspicionem istam plane movere haud debet. Jam enim prius, quam vel a Judæis vel a Christianis non esse nisi unum Deum Romani didicissent, Eundem tamen sæpiissime, ut Deum Principem, Deorum hominumque parentem & Mundi fabricatorem, a suis multis Diis manifesto distinxerunt, cuius rei testimonia afferre, ne opus quidem est. Multo vividior autem ista unius Dei notio, ad quam

quam admittendam, & pro vera habendam natura proclives sunt homines, in animis gentilium existere, atque vires acquirere tum cœpit, cum per Christianos & Apologias Christianorum, quo Iustini prior quam maxime pertinet, cultus illius Unius ac Immortalis Dei magis indies innotesceret. Neque suos his verbis lœdere Imperator potuit, qui plurimum Deorum cultores esse dicique volebant, nec ignorabant, Unum tantum Deum colere Christianos. Itaque utut valde magnifice hic de Christianis sentiat Antoninus, nihil tamen ait, quod non antea satis cognitum fuerit illis, ad quos E-dictum scribebatur. Apud Iustinum Epistola τὸν Ἀθάνατον legit: ast æque emphatice τοὺς Θεοῖς, quos tum temporis ignorare videantur gentiles, respondent hæc: Θρυσσεῖαν δὲ τὴν περὶ τὸν Θεὸν εἰπεῖσαθε, Dei cultum non intelligitis.

\*Τηλέρη δὲ τῶν τοις τῶν — Porro de his hominibus &c. Novum ex hoc loco sententiae nostræ de Antonino Pio scriptore Epistolæ pondus accedere, plane persuasum habemus. Sed damus ante omnia Annotationem VALESII ad verba τῷ Διωράτῳ τῷ τατρά, quæ hæc est: *supra monuimus, graviter hallucinari Eu-sébium, qui hanc Epistolam Antonino Pio adscriperit.* Verum licet Epistola illa non sit Antonini Pii, opportune tamen & suo loco hic adducitur. In ea quippe fit mentio Epistolæ illius, quam Antoninus Pius rescriperat ad Rectores provinciarum, consultus ab iis, quid (cum) Christianis agendum esset. Hujus Epistolæ Divi Pii meminit Melito infra Cap. 26. qua veritatem esse dicit, μηδὲν υπερεπίζειν περὶ Χριστανῶν. Hic vero in Epistola Divi Marci dicitur, ταῦτα esse αὐτῷ περὶ Διονύσιου, quod idem est. p.67. Verum enim vero, quo

quō jure VALESIUS sub *Divo Patre Antoninum Pium* intelligit; eodem, immo vero multo potiore jure *nos Hadrianum* intelligimus. Hunc enim non solum Minucio Fundano, sed & aliis provinciarum Rectoribus de Christianis rescripsisse, idem Melito testatur apud EUSEBIUM loco modo citato: *Inter quos Avus tuus Hadrianus, cum pluribus aliis, tum Fundano, Asiae Proconsuli, litteras dedit.* Idem esto μηδὲν νεωτερίζειν περὶ χρισταρίου, & μηδὲν ὀχλαῖν. Ergo Melito, dum Marci Patrem prius rescripsisse ait, hanc ipsam Epistolam potuit innuere, in qua μηδὲν ἰνοχλαῖν scriptum fuit: hanc ipsam scilicet, quam Antonino Pio vindicavimus. Præter hæc omnia vero, qui nostram Epistolam cum Hadriani illa ad Minucium Fundanum contulerit, quacum & alias ad provinciarum Rectores ab eodem datas conspirasse omnino censendum est; vix dubium cuiquam esse potest, *Divum Patrem* heic esse Hadrianum, adeoque Antoninum Pium Auctorem Epistolæ. Cautum vult Hadrianus ἵνα μὴ εἰ διθέωποι ταράπτωνται, ne Christiani turbentur in nostra Epistola legitur οὐκ εἰς ταραχὴν εὐβολεῖται, quos turbatis. Hadrianus nonnisi justo judicio cum Christianis agi vult, non petitionibus solisque clamoribus; eosque tum pro gravitate delicti puniri, si quid contra leges egerint: Idem in nostra Epistola dicitur: nisi forte contra Imperium Romanum moliri quid videantur. Hadrianus delatoribus calumnian- di occasionem præcisam voluit, & pro gravitate criminis in ipso calumniatores animadverti jussit: nostræ vero Epistolæ Auctor, παταπλεθῶν τῇ τῇ πατρὸς γνώμῃ. Patris constitutionem secutus, ait: delator ipse pœnas luat. Num exactius Patris sententiam filius sequi potuit? Dum vero hac scripsimus, animum subit, colla-

collationem hanc lectorem instituere non posse, cui non ad manus sit Epistolæ Hadriani Exemplum. Damus ergo eam ex EUSEBIO L. IV. cap. 9. secundum latinam Valesii versionem.

Aelius Hadrianus Aug. Minucio Fundano, Procos. Salutem, Accepi litteras ad me scriptas à Serenio Graniano V. Cl. decessore tuo. Nec sane mihi videtur res ista abique diligenti inquisitione praetereunda, ne forte & Christiani homines turbentur. & delatoribus calumniandi occasio praebestur. Igitur si provinciales palam adesse possunt petitionibus suis adversus Christianos, ita ut pro tribunali respondeant; in id unum incumbant, nec petitionibus solisque clamoribus utantur. Et enim multo justius fuerit, cognoscere, si quis accusare voluerit. Quod si quis eos detulerit, probaveritque, contra leges quicquam agere, tu pro gravitate delicti in eos statue. Sin me hercule calumniae causa iudicandus invenitur, operam dabis, ut pro gravitate criminis in illum animadvertis.

προτεθν̄ ἐν Ἐφέσῳ, i. e. Proposita Ephesi. Sic in aliquot legibus Codicis Theodosiani additur P. P. Romae aut Carthagine. Quae nota significat, illam Imperatoris Legem publice propositam esse in ea Civitate. Solebant autem Imperatores, quoties aliquam Constitutionem ad omnium notitiam pervenire vellent, sua manu adscribere: Propositor. Ut discimus ex Novellis aliquot Valentiniiani & Majoriani, & Epistola 51. Juliani Aug. ad Alexandrinos, in cuius calce scriptum est: προτεθν̄ τοῖς ἡμετέροις πολίταις Ἀλεξανδρεῖσι. Hæc VALESIVS.

Ἐν τῷ Κοινῷ τῆς Ἀσίας. Certe non necessarium videtur, ut Commune Asiae heic alio quam supra sensu, cum VALESIOS, accipiamus; nimirum pro loco seu templo, in quo Edictum propositum fuit. Fuerit sane Ephesi templum publi-

¶ ¶ ¶

ci juris totius Asiae, utpote communi sumtu exstructum,  
quo omnes Asiae civitates conveniebant, ad sacra pro salute  
Imperii & Populi Romani celebranda. Veruntamen, uti  
*ad Commune Asiae Concilium inscribi*, sic etiam in *ecdem Concilio*  
proponi Edictum potuit. Certe ipse VALESIUS in Versione  
hunc sensum retinuit.

Μελίτων τῆς ἐπίσκοπος Σάρδηνας Ἐπίσκοπος, Melito Sardensem  
Episcopus, Vir magnæ tum existimationis, multorum quoque  
scriptorum Auctor, quorum titulos recenset EVSEBIUS l. c. Nil  
vero eorum supereft, præter paucula fragmenta ab ipso Eu-  
sebio asservata. Vid. de Melitone S. R. D. D. COTTA Versuch ei-  
ner ausführlichen Kirchengesch. P. II. §. 336. p. 888.

Πρὸς τὸν Ἀυτοκράτορα Οὐρῆον, Ad Imperatorem Verum. Ip-  
sum Marcum Aurelium, Verum quoque & Verissimum dictum  
fuisse, supra ex Capitolino vidimus; & Græcis maxime fami-  
liare fuisse, hoc nomine eum insignire, VALESIUS observa-  
vit ad Ammianum Marcellinum L. XXVII. p. 339. Neque Lutius  
Verus, Marci Collega, in deliciis semper & voluptatibus vi-  
vens, de Imperii administratione multum solicitus fuit; exstin-  
ctus præterea sec. Chronicon Eusebii Anno 172. quod Melitonii Apo-  
logiam Antonino traditam anno sequenti 173. adscribit. Alii  
Anno 177 demum exhibitam volunt. Vid. S.R.D.D. COTTA l. c.  
p. 890. Pro Ἑγέρῳ in quibusdam Codd. Ἑγέρον, tribus syllabis, in-  
venit VALESIUS, quod omnino præferendum putamus.

Δῆλός ἐστι, cum Nominativis ἐπιμαρτυρῶν Μελίτων — ἐπί-  
σκοπος constructum, græcisimus est, non omnibus familiaris.  
Vid. FR. VIGERVS de Principiis Graecæ distinctionis Idiotismis p. 69.  
Edit. 1752.

CON-

## CONSECTARIA.

P arci erimus in his & breves. Primum hoc esto:

Non est, cur tam mirifice de suo Tolerantiae studio nostra actas gloriatur. Credere possis, si hos illos audias, nunc demum sanam rationem hac in re se exserere, & quid homo homini debeat, perspicere cepisse. Vidimus autem, quid Imperator ethnicus, immo unus & alter, *de Christianis tolerandis*, ieu nulla injuria religionis ergo afficiendis, dum bonos acquiescens cives se gerant, Provinciarum Rectoribus rescripsierint. Num magna res videbitur, si Christiani Christianis idem se debere, & intelligent & libere profiteantur? Eluenda tandem est macula, quam superioribus temporibus heu! nimis crebro Imperantes contraxerunt, qui vel suo motu vel instigati, semper autem contra humanitatis jura, ut eadem cum ipsis de Deo rebusque diuinis sentirent, vi & armis subditos sibi cives cogere voluerunt: & faxit Deus, ut ista tyrannis, seu barbaries potius, in nulla orbis parte pristinas vires unquam recuperet. Grato haec erga Deum animo veneremur, qui istam mentem terrarum Dominis indidit. At hoc querere licet, quænam nova ista principia, novæ istæ veritates sint, quibus, nunc demum cognitis, vel exsurgens hodie, vel magis invalescens *Tolerantissimus* adjuvetur? Hadrianos imitamus atque Antoninos, &, post tam varia tamque funesta experimenta, verum tandem atque humanum existimamus, quod ipsis olim tale videbatur. Novimus omnino præstantiores longe fontes, ex quibus, post plurium seculorum caliginem, lucidiora haec atque latiora phænomena promanare & pote-



poterant & debebant; ipsam nimirum indolem Christianismi, Christi etiam atque Apostolorum Exemplum. Num vero hæc ipsa in animos certorum hominum tanta vi influant, ac quidem videri hi plerumque volunt, alia quæstio est.

*Conf. II. Etiam nimium istis Imperatorum Edictis in favorem Christianorum datis tribui potest.* Perspicua & certa videtur conclusio, tam egregie istis five Epistolis five Edictis prospectum fuisse Christianis, ut, quæ de eorundem vexationibus in tribus primis seculis ab Hist. Eccl. scriptoribus referuntur, vel plane facta, vel ita comparata esse debeant, ut suæ porius imprudentiæ seu temeritatis culpam luerint ita dicti Martyres, quam religionis ergo fuerint necati. S. R. D. D. SEMPER RERUS in Sel. Capp. H. E. p. 32. postquam hæc Imperatorum Edicta recensuerat, atque hujus generis, addit, Rescriptis Dodwellius in Differt. Cyprianica XI de Paucitate Martyrum videtur quibutdam abuti. Atque idem Vir eruditus alias quoque fide non magnâ dignas reputat illas de Martyribus Veterum relationes: I. c. p. 23. sq. Magno autem conatu hanc causam egit Cel. Dnus. de VOLTAIRE in Traité sur la Tolerance 1763. Cap. enim VIII. Romanos omnium religionum adeo tolerantes fuisse afferit, ut nunquam vexari potuisse Christianos à Romanis pronunciet, atque de illis e.g. quæ sub Nerone contigisse vel ipse Tacitus refert, tandem exclamat: *Quelque envie, qu'on ait de faire tromper, il est impossible, d'attribuer à l'Intolérance le désastre arrivé sous Neron à quelques malheureux demi-Juifs & demi-Chrétiens.* p. 52. Atque eandem de plerisque sic dictis Persecutionibus sententiam fert. Postea Cap. IX. de Martyribus agit, quomodo & quo consilio per se quisque intelliget. Producit aliquot Christianorum ex-

❀ ♫ ❀

exempla, qui imprudenter gentilium iras in se concitarunt, & ,  
 quasi ejusdem omnia generis essent, inter alia concludit : *Il n'est  
 pas croyable, que jamais il y eut une Inquisition contre les Chrétiens sous les  
 Empereurs, c'est à dire, qu'on soit venu chez eux, les interroger sur leur cré-  
 ance* (s) p 59. A si notæ satis sunt VOLTARI artes, quibus dubia  
 reddere solet facta in sacris & profanis scriptoribus prodita, quæ  
 non vera esse sua e re fore existimat. Non repetemus, quæ jam  
 S. R. D. D. ERNESTI huic gallico scripto opposuit *in der neuen  
 Theol. Bibl. P. V.* p. 754. sqq. Sufficiat nobis sequentia annota-  
 se : Si concedamus, Romanorum principia tolerantissima  
 fuisse ; infinitis tamen modis Christiani vexari potuerunt.  
 Post istas adeo Imperatorum quorundam leges pro Christianis  
 datas, Provinciarum Rectores, quotquot eorum crudeles,  
 superstitionis & avari erant, facile occasionem Christianos  
 vexandi inveniebant: & , ut nihil dicamus de fæcere  
 gentilium fraudibus & de clamoribus imperitæ ac superstitionis  
 multitudinis, vel solis Christianorum bonis, quæ Fisco ad-  
 jici solebant, ad durissima quæque consilia provocari potue-  
 runt. Damus quoque *Philosopho Ferneyensi*, Judæos, dum nul-  
 las turbas excitarent, per universum Imperium Romanum  
 toleratos fuisse; nec tamen eadem Christianorum quoque fa-  
 ta fuerunt. Judæi magna pecunia, ut tolerarentur, a Cæsa-  
 re impetraverant, quod forte ne licere quidem fibi Christiani

G

ni

(s) Ergone plane ita agi debebat cum Christianis, uti cum Jansenio-  
 sis in Gallia? Sic vero hujus generis scriptores, una determinatio-  
 ne adjecta, cum questionis statum formare solent, ut audacter nega-  
 re possint, quod per se extra omnem dubitationem positum est. Illustra-  
 re hanc Observationem possemus innumineris exemplis recentissimis.



ni existimassent. Deinde parum sibi suisque commodis a Judentiis metuebant Idolorum sacrificuli, quod pauci ex gentibus ad eorum sacra transibant: e contrario, cum non civitates tantum, sed etiam vicos, liceat Plinii verbis uti, christianaæ superstitionis contagio pervagaretur; cum templi prope desolarentur; cum sacra solemnia diu intermitterentur, & victimis, quae passim venabant, rarissimus emitor inveniretur: tum vero quid sibi agendum putaverint, & omni nisi egerint cultus idololatrici assecræ, equis diu hæredit, etiam si omnia tacerent Hist. Eccles. monumenta? Vigeat itaque inter nos, celebreturque laudatissimorum Imperatorum, qui Edicta ista condiderunt, memoria; nec tamen fallere, & meras fabulas venditare dicamus Ecclesiasticos Scriptores, qui subinde renovatas Christianorum vexationes fuisse perhibent. Immo vero simul & hæc Edicta de puniendis Christianorum delatoribus viguisse, & Christianos delatos, ex Responsu Trajani ad Plinium, si deferantur & arguantur, puniendi sunt, non minus suppicio affectos esse, Apollonii exemplo prolixo docet EUSEBIUS L. V. Cap. 21.

*Conf. III. Nisi certam ac probe definitam Tolerantiae notionem informemus, & conflatuer teneamus, in alia omnia extrema delabimur. Tenuit illam Antoninus: nemini negotium faces si vult ex eo, quod Christianus sit; parum curans, quid tandem Christianus vel credat, vel non credat, modo Reip. molestus non sit, vel contra Imperium Rom. quicquam moliatur. Atque hoc ipsum est fundamentum & suprema Lex Tolerantiae, ne conscientiis aliorum vis inferatur, sed eo cuivis modo Deum colere liceat, quo ipse colendum Eum censet. Quotiescumque igitur, dum Tole-*



Tolerantiam commendare vel exercere volumus, alios in suo  
 de rebus divinis sensu turbamus; in oppositum *Intolerantissimi* vi-  
 tium, quod quam maxime abhorrere videri volumus, manifesto  
 incidimus. Pertinent huc omnes isti hodierni Tolerantiae prae-  
 cones, qui nihil se effecisse putant, nisi & ipsa religionis dogmata  
 ab aliis adoptata suo examini subjiciant, atque alia restringi, alia  
 extendi, alia plane aboleri debere clament. Audiendi hi homi-  
 nes omnino sunt, si de dogmatum veritate decertare nobiscum  
 velint: sin autem sub Tolerantismi praetextu, vel ut hunc adju-  
 vent, talia moliuntur; veros hujus causæ limites migrant, & ipsi  
 imperare aliis volunt, quid creditu sit necessarium. Sive enim  
 plura religionis Capita constituant, five paucioribus, paucissimis  
 quoque, absolvit illam dicant; idem semper faciunt, ut non quod  
 aliis, sed quod ipsis solis tale videtur, ad religionem pertinere di-  
 ditent. Id vero Tolerantiam sapere, quis dixerit? Idem inpri-  
 mis VOLTARIUS, quem plures imitantur, quam videri volunt,  
 de hoc Consecratio nos monuit. Is enim Libro allegato in eo qui-  
 dem, quod horrendum supplicium a Johanne Calasio, Mercatore  
 Reformato, Tholosæ sumtum, vivis coloribus depinxit, & op-  
 pressæ insonti familiæ succurrit, laudabilem prorsus operam  
 praeslitit, nec inutilem: Libellus enim elegantissimi scriptoris  
 in Principum Aulicorumque manus illapsus, avideque lectus,  
 multos etiam eorum, qui parum tolerare alias dissentientes fo-  
 lent, eo permovit, ut mitius sentire discerent, & quemvis alium  
 suum ipsis sententiam sequi minus quam antea ægre ferrent.  
 Atque dum hoc egit Vir ingeniosissimus, verum Tolerantiae no-  
 tionem fecutus est. Admodum vero dolendum est, quod his se-  
 terminis non continuit, nec in sola dissuadenda tyrannide sub-

G 2.

stitit;

stitit; sed suo more in ipsa Christianismi dogmata, parum ab ipso cognita, & dudum repudiata, involavit, quasi hæc una & regia via ad Tolerantismum esset, si vel paucissima religionis dogmata Christianis proponantur. *Moins de dogmes*, ait tandem, *moins de disputes*; *moins de disputes*, *moins de malheurs*: *si cela n'est pas vrai, j'ai tort.* Chap. XXI, p. 158. Eadem quoque vestigia dein- ceps pressit III. MARMONTELLIUS in suo *Bolifario Cap. XV.* (t). Quanquam enim dissisteri nolumus, infinita mala non experti- ros fuisse homines, si in causa religionis unam semper eandem- que sententiam fovissent; id tamen concedendum non est, posse vel debere nos eo usque ejusmodi hominum studiis & postula- tis assentiri, ut unum religionis dogma post alterum, quasi no- stri juris hæc essent, missum faciamus, donec pauci vel nulli su- persint, qui non eadem nobiscum sentiant. Ita vero non amplius, tolerandos esse dissentientes, docetur, sed, omni religionum di- scrimine sublato, merus *Syncretismus* seu *Indifferentismus* propu- gnatur. Ferri hæc possunt in *Voltorio* & similibus; sed latius ma- lum serpserit, & plures Viros eruditos invadere cœpit, qui nihilo minus purioris doctrinæ Sectatores & Ecclesiæ Doctores eximi multis videntur: qua in re quid justum, pius, ac homine chri- stiano, Theologo maxime, dignum sit, proxime videbimus.

(t) De utroque Scriptore gallico quam maxime conferri meretur  
S. Rev. D. D. FABRI *Meletema Theologicum de diversis Fontibus*, ex  
quibus nostra aetate Tolerantia Diffidentium in Religione  
deduci solet. p. 66. sqq. Tub. 1769.



**ULB Halle**  
005 881 684

3



VD18







COMMENTATIO HISTORICO-THEOLOGICA  
IN  
EDICTVM  
IMPERATORIS ANTONINI PII  
PRO CHRISTIANIS  
QVOD EVSEBIUS H. E. L. IV. CAP. 13. ASSERVAVIT  
1777. 1. 63.  
CTORE UNIVERSITATIS EBERHARDINO-CAROLINÆ  
MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO ATQUE POTENTISSIMO  
DVCE WVRTEMBERGLÆ REGNANTE  
11  
CAROLO  
DVCE AC DOMINO SVO CLEMENTISSIMO  
rel. rel.  
PVBLICO EXAMINI SUBMITTIT  
LOCVM INTER PROFESSORES THEOLOGOS  
RITE OCCVPATVRVS  
B. GODOFREDVS HEGELMAIER  
SS. THEOL. PROF. PVBL. EXTRAORDINARIVS  
ET ECCLESIAE TUBINGENSIS PASTOR  
AC SUPERINTENDENS  
RESPONDENTE  
JOANNE CHRISTIANO MAIER, Stammheimenſt  
RENISSIMI STIPENDIARIO atque EXAMINIS THEOLOGICI CANDIDATO.  
DIE APR. MDCCCLXXVII.  
TVBINGÆ, TYPIS REISIANIS.

